



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

24. De Paralytico à Christo sanato intra domum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

DE PARALY-  
TICO SANATO IN-  
TRA DOMVM.

MEDITATIO XXIV.  
EVANGELIVM.

*Matt. 9.  
Mar. 2.  
Luc. 5.*

**A**CTVM est in vna die  
rum, & auditū est quod  
Iesus in domo esset, &  
confestim cōuenerunt  
multi, ita vt nō caperēt,  
neq; ad ianuam. Et ipse sedebat do-  
cens, & erant Pharisei sedentes & le-  
gis Doctores, qui venerant ex omni  
castello Galileæ, & Iudææ, & Hieu-  
salē. & virtus Domini erat ad sanan-  
dū eos. Et ecce venerunt viri portā-  
tes in lecto hominem paralyticum,  
inuenientes, qua parte illum infer-  
rent præ turba, ascenderunt supra  
tectum, & patefacientes, per tegu-  
las submiserunt eum cum lecto an-  
te

te IESVM. Cùm autem IESVS vidisset fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt Scribæ & Pharisæi cogitare & dicere in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? hic blasphematur. Quis potest dimittere peccata, nisi, solus Deus? Quo statim cognito IESVS spiritu suo, respõdens dixit ad illos. Vt quid cogitatis ista mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico. Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge, tolle grabatum tuum & ambula. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico. Tibi dico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim consurgens, tulit lectum in quo iacebat, & abiit inde coram omnibus, magnificans Deum. Videntes autem turbæ timerunt. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, qui dedit talem potestatem hominibus.

R 7

PRO-

2. Par. 6.  
Esa. 35.1. **T** solus nosti corda filiorum hominum.

2. Sicut ficut ceruus claudus.

**CONSIDERATIONES.****Punct. 1.**

**P**ost diuinum prolixumq; sermonē in monte factum Dominus in vallem descendens varios infirmos sanauit, & energumenos liberauit. Post ad mirabile verò miraculum de sedata maris tempestate, ingressus Capharnaum cepit iterū docere, & deinde ad patriam redire miracula, sanando paralyticū. Vide quomodo Dominus vicissim nunc hæc, nunc illa humana salutis opera faciat, idq; non sine diuina sapientia. Nam primò docebat, deinde curabat infirmos, vt indicaret, primò sibi curæ esse animas, tū corpora, præcipuèq; se aduenisse ad tollendos è mentibus hominum morbos spirituales, nempe ignorantia & malitiæ. Verum vt doctrina sua apud mundum haberet locum, maioremq; vim haberet ad persuadendam hominibus Euangelicam veritatē, eam signis & miraculis confirmauit.

2. Cum ergo IESVS in domo quadā doceret, ecce deponitur ante eum paralyticus. Vbi primò perpende, magnam  
fiden

q; sermone  
ritus in val  
rmos sana  
it. Post ad  
e sedata ma  
pharnaum  
ad patran  
o paralyti  
us vicissim  
a salutis o  
ina sapien  
e inde cura  
mò sibi eu  
raecipuaq;  
mentibus  
nempè i  
vt doctri  
et locum,  
et suaden  
veritatē,  
mauit.  
no quada  
um para  
magnam  
fidem

fidem eorum qui eum deportarant, neque enim tantum laborem in se suscepissent, si non firmiter credidissent Dominum posse facere illud miraculum. Deinde cōsidera eorū caritatem, nihil enim eos aliud permouit ad hoc totū, quam summum desiderium sanitatis misero huic homini restituēdæ. Magnitudo autē desiderij eorum ex eo liquet, quia nulla habita ratione, vel damni, quod Domino Domus, patefaciendo tecto, inferebant, vel periculi eorū, qui intra domū erant, sed nec habito, quod plus erat, respectu Domini inibi prædicantis, primum magna molestia infirmum detulerunt in domus tectum, deinde funibus è tecto in præsentia Christi demiserunt. At vnde hominibus illis tanta fides cōtigat, nisi ab ipso Christo, autore & consummatore fidei nostræ? Quis tantum prudentiæ illis indidit, vt mirabile hoc inuentum excogitaret, nisi æterna sapientia, de qua scriptum est, quod homines prudentiam & iusticiam doceat. Deniq; quis corda eorum tanta caritate, & desiderio salutis infirmi accendit, nisi qui est ipsa Caritas, qua docemur dono Spiritus sancti amare nō solum Deum, sed etiam proximum nostrum? Magna bonitas Dei

*Sap. 8.*

*1. Ioan. 4.*

Sal-

Saluatoris nostri, qui ideo nos prae-  
nit donis suis, ut postea etiam imper-  
riat nobis donorum suorum merita,  
ijsque consequamur gratiam & salu-  
tem aeternam.

3. CONSIDERA, mansuetudinem  
Saluatoris, neque enim aut moleste fecit  
sermonem suum funesto isto specta-  
culo interruptum, aut importunitatem  
hominum coarguit, aut exprobat te-  
nuitatem fidei, ut alias fecit in Regulo,  
qui perinde, atque isti, credebatur praesentiam  
Christi ad sanandum aegrum, necessariam.  
Verum instar humanissimi Medici misericordiae oculos con-  
iciens in paralyticum, magnamque fi-  
dem intuens, tum eorum qui eum de-  
portabant, tum ipsius paralytici, ait il-  
li. Confide fili. Obserua, miserabilem  
illum hominem, quem superbi Phari-  
saei, vix suo aspectu dignabantur, a cle-  
mentissimo Domino vocari filium,  
quia iam per fidem factus erat Dei fi-  
lius. Nusquam in toto Euangelio le-  
gimus vllum Apostolorum sigillatim  
a Domino appellatum filium, ut fuit  
hic paralyticus: tam grata Deo est pau-  
pertas, & infirmitas patienter tolerata.  
O felix paralytice, si agnoscis, quis te  
appellet filium, & quanto beneficio te  
hoc

hoc vno v  
maiori in p  
sem, vel v  
nium bo  
mundi. O  
Deo vocar  
fero Creat  
cari Patrem  
serabiliter  
ni & cadu  
vno verbo  
te ut inter  
fessor regn  
causa est,  
hoc benef  
morus sit,  
patientia  
cum addu  
solet Deo  
quia omni  
fuerint; se  
dicitur, I  
fidem; qu  
praedican  
fidei, sed  
trare quo  
rat Deo  
prium ca  
stra meri  
Domini

o nos prae  
tiam impet  
um menta  
am & salu  
suetudinem  
noleste fec  
illo specta  
trinitatem  
probat te  
in Regulo  
debat pra  
m agrum,  
humanissi  
los conu  
amque fi  
ni cum de  
ici, aut il  
terabilem  
bi Phari  
tur, a cle  
filium,  
at Dei fi  
gelio le  
gillatim  
, vt fuit  
est pau  
olerata.  
quis te  
ficio te  
hoc

hoc vno verbo affecerit. Scio apud te  
maiori in pretio futurum, quam sanita  
tem, vel vllum aliud, quantumuis exi  
mum bonum aut faelicitatem huius  
mundi. O quam magna beatitudo est, a  
Deo vocari filium, & ab homine mi  
sero Creatorem posse corde filiali vo  
cari Patrem. lacebat hic infirmus mi  
serabiliter in terra supplicans pro bre  
ui & caduca corporis sanitate, at hoc  
vno verbo iniecta illi certa spes est, fo  
te vt inter filios Dei sit haeres & pos  
sessor regni caelorum. VERVM quid  
causa est, cur IESVS ad praestandum  
hoc beneficium potius eoru fide per  
motus sit, quam diuturna afflictione &  
patientia aegri, pioque officio eoru, qui  
eum adduxerunt, quod opus caritatis  
soler Deo esse gratissimum? Non dubiu  
quia omnia haec misericordia digna  
fuerint; sed tamen in Euangelio tantum  
dicitur, Dominum respexisse eorum  
fidem; quod factum est, no tantum ad  
praedicandam & extollenda virtutem  
fidei, sed quia proprium fidei est, impe  
trare quod homo firmiter credit, & spe  
rat Deo posse impetrari, sicut pro  
prium caritatis est reddere opera no  
stra meritoria, conuenienter verbis  
Domini. *Quicquid orantes petitis, cre-  
dite* Matt. 11.

*dite quia accipietis, & fiet vobis.*

4. Iam verò quid sibi vult, benedictus IESU, quod paralytico postulanti à te sanitatem, respondes, Dimissa est eius peccata, quod ille non postulavit: O ineffabilis liberalitas Saluatoris, qui vt solet plus dare, quàm promittit, sic etiam secundùm Apostolum, solet *omnia superabundanter facere quàm petimus.* Hic paralyticus desiderabat & petebat sanitatem corporis, & obtinuit multo maiora, nam assumens eum in filium & peccata remittens, simul ci ponas gratiam & gloriam. Dicit ergo illi: Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua: quasi diceret. Ne dubita te accipere quod petis, cum præstem beneficium multo maius. Primò ergo remitto tibi peccata, vt consequare non solum corporis, sed etiam animæ sanitatem, imò vt perfectius obtinere possis sanitatem corporalem, primò tibi do hanc spiritalem; sapen numero enim cõtigit, fortè etiam in hoc paralytico, vt peccata sint causæ infirmitatum, & afflictionum, quas Dominus nobis immittit; à quibus si homo liberari velit, necesse est vt primùm renuntiet peccatis, & sanitatem animæ consequatur. Itaque Dominus hic egit instar periti

Me-

*Ephe. 3.*

et vobis.  
 ult, benedice  
 o postulantia  
 Dimissa esse  
 non postula  
 as Saluatoris,  
 m promitte,  
 stolum, solet  
 re quam peti  
 erabat & pe  
 & obtinuit  
 ens eum in  
 is, simul d  
 Dieit ergo  
 r tibi pecca  
 bita te acci  
 tem benefi  
 ergo remitte  
 are non so  
 ma sanita  
 nere possis  
 mo tibi do  
 o enim co  
 ralytico, vt  
 um, & af  
 n obis im  
 erari velit,  
 ciet pecca  
 sequatur.  
 tar periti  
 Me

Vedici, qui purgatione primùm è cor  
 pore depellit prauos humores, & postea  
 inducit sanitatem: sic verisimile est, Do  
 minum cum prolatione illorum verbo  
 rum pariter indidisse internam notitiã  
 & dolorem suorum peccatorum, cum  
 firmo emendandæ vitæ proposito, vt  
 expetita corporalis sanitatis eo redde  
 retur capaci or.

5. MAGNA certè misericordia fuit,  
 quàm Dominus exhibuit huic paralyti  
 co, liberãdo eum à tam horribili corpo  
 ris ægritudine, sed multo maior miseri  
 cordia fuit, permisisse eum incidere in  
 ægritudinẽ, quæ occasionẽ ei daret, &  
 sanitatis & consequendæ salutis æternæ.  
 O quoties clementissimus Deus, ei qui  
 cõtempo & deserto Christo spõso suo,  
 effrenatis suis cupiditatibus in trãfuer  
 sum actus, quærit & se statatur alios ama  
 tores, afflictionũ & morborũ spinis viã  
 oẽm obstruit, & omnia consilia cona  
 tusq; interrumpit, vt licet maximè velit  
 malè optata exequi nõ possit, donec tã  
 dem agnito errore suo, redeat ad cor, &  
 mutare consiliũ cogatur, dicens quod  
 scriptum est. *Reuertor ad virũ meum prio - Ose. 2.  
 rem, redibo ad priorem sponsum ad Ie  
 sum meum, qui tantoperè me amat, &  
 desiderat salutem meam.*

6. SCRIP

6. Scribæ & Pharifæi verbis CHRISTI scandalizati dixerunt intra se. Hic blasphemât. Vide quàm magna sit haec iniquitas & ingratitude, benedictus IESUS occupat se in prædicando, tradenda salutis via, curandaq; ægritudine animi & corporis, & pro tanti beneficii remuneratione habetur blasphemus & impius: Sed considera Domini mansuetudinem & patientiam, qui licet oculis suis diuinis cogitationes eorum diabolicas perspiceret, neque illatam iniuriam vindicat, neque benefacere eis quasi indignis cessat, sed porro progreditur cum sua misericordia, contentus benignè tantum eos reprehendisse: ac velut is, qui non ad perdendas, sed ad saluandas animas venerat, vno eodemque tempore paralyticum, & reliquorum omnium animas, sanauit; sic, vt mutata sententia, inciperent Deum glorificare, confitendo omnipotentiam Saluatoris. Dixit ergo eis Dominus. Vt quid cogitatis malin cordibus vestris? quasi dicat, cum ego tantum boni vobis faciam, quæ causa est, vt de me cogitetis malè? Et si verba mea, quæ dico, possunt intelligi benè, cur ea calumniamini? & in deteriorem partem interpretamini? & si me vocatis

Luc. 9.

CHRISTUS  
 blasphemus  
 dicitur. Dicitur  
 in usura  
 diuinam  
 me non  
 vestram  
 cordis? c  
 gnoscere  
 remitter  
 statem p  
 dicere p  
 verumq;  
 Ecce & h  
 ac tunc  
 ticum, in  
 Et confes  
 ctus sub  
 7. Videt  
 nediecti  
 lum istu  
 eumq;  
 sui not  
 esset ve  
 non in  
 nostra  
 curam  
 minur  
 natur  
 nam si  
 tione

is blasphemum, eò quod dixerim paralytico. Dimittuntur tibi peccata tua, & ita usurparim, quasi Deus, potestatem diuinam: dicite mihi, si potestas hæc in me non est, vnde venerim in notitiam vestrarum cogitationum, & arcanorū cordis? cū æquè proprium Dei sit cognoscere corda hominum, ac peccata remittere. Præterea, si ad æqualem potestatem pertinet, remittere peccata; & dicere paralytico, Surge & ambula, cū verumq; requirat potentiam infinitam, Ecce & hoc faciendi potestatem habeo; ac tunc conuersus Dominus ad paralyticum, imperans dixit. Surge & ambula. Et confestim cōsurgens ille, sanus effectus sublato lecto abiit.

7. Vide, quot rationibus & modis benedictus IESVS conatus fuerit populum istum reddere veritatis capacem, eumq; licet rebellem & obstinatum ad sui notitiam pertrahere. Nam, cū ipse esset verus ille & gloriosus DEVS, qui non indiget vel testimonio, vel vlla re nostra, tamē ex summo desiderio procurandæ salutis humanæ ingenio hominum se accommodans, non dedignatur etiam humanis rationibus diuinam suam probare potentiam, hac ratione conuincens, non asperè sed suaviter

uiter & benignè incredulorum hosti-  
 suorum obstinationē. Iam si nos mira-  
 mur tantam Iudæorum nequitiam, quod  
 tam peruersè verba Domini interpreta-  
 rētur, tãtamq; cordis eorum duriciam,  
 quod locum non darent veritati, quæ  
 tot miraculis, & perspicuis rationibus  
 ab ipso Domino erat demonstrata: in-  
 grediamur, age, nos ipsos, & expendamus  
 mores quoq; nostros, quoties bene  
 IESV, loqueris ad cor nostrum ver-  
 ba veritatis & salutis, & nos studemus  
 fere ea aliter interpretari, non ut tibi,  
 sed nobis placet vel arridet? Quoties  
 tentas nunc inspirationibus dulcissi-  
 mis, nunc rationibus clarissimis con-  
 scientiam nostram conuincere, cordif-  
 que nostri duriciam emollire, & quasi  
 manibus attingere errorem nostrum:  
 & tamen quod tu exigis vel postulas à  
 nobis omninò dissimulamus, atque ex-  
 culationes quærimus de die in diem  
 differendo emendationem nostram &  
 auxilium spirituale.

8. O anima mea verè paralytica, nul-  
 lam enim in te particulam habes, quæ  
 non sit agra, & egeat opera Saluatoris.  
 Habes quidem intellectum, sed totum  
 curiosum, vanum & distractum: ha-  
 bes memoriam, sed oblitam omnium  
 rerum

rum bon  
 rem memo  
 rum. H  
 affectuum  
 rum. Ocu  
 ad curiosit  
 manus ad  
 des tardi &  
 autem du  
 depressum  
 gratia cal  
 roborant  
 minò in  
 bilis, &  
 Age ergo  
 les, habe  
 desideriu  
 res, salte  
 qui vt M  
 bus docu  
 CHRIST  
 abhorru  
 ricordia  
 sic nec ab  
 am omni  
 eus nost  
 verumet  
 Prophet  
 nes iniq  
 cem eiu

rum bonarum & vtilium; tantum au-  
 tem memorem noxiarum & periculo-  
 rum. Habes voluntatem, sed plenam  
 affectum & effrenatarum cupidita-  
 tum. Oculi patent ad vanitates, aures  
 ad curiositates. Lingua est expers freni.  
 manus ad bona opera immobiles, pe-  
 des tardi & languidi in via Domini, cor  
 autem durum & graue, totum in terrā  
 depressum. Denique, cū in te diuinæ  
 gratiæ calor sit extinctus, quo membra  
 roborantur & sustentantur, facta es o-  
 minō instar huius paralytici insensibi-  
 lis, & mortifero tremore oppressa.  
 Age ergo anima mea, si aliud non va-  
 les, habe minimum aliquod salutis tuæ  
 desiderium; & quoniam desunt tibi vi-  
 res, saltem patere te deportari ab illis,  
 qui vt Medici spirituales, suis salutari-  
 bus documentis, & orationibus ad  
 CHRISTVM te deducant. Qui, vt non  
 abhorruit ab hoc paralytico, sed mise-  
 ricordia motus ei sanitatem reddidit;  
 sic nec abhorrebit à te, si in eo fiduci-  
 am omnem colloces. Nam cū Medi-  
 cus noster sit, non solum nō exhorret,  
 verumetiam eo sine ad nos venit teste  
 Propheta, vt suis humeris portet om-  
 nes iniquitates nostras. Audi ergo vo-  
 cem eius, humiliq; confessione sublata  
 è lecto

Esa. 45.

è lecto peccati in quo tam diu decubasti, reuertere in domum cordis tui dirige pedes in viam pacis, & semitas iustitiae, quæ ad caelestem Hierosolymam te perducant. O quando felix illa hora aderit, cum à Domino tuo vocata voce illa, *Surge*, tota hilaris & læta, exurgens è puluere terræ, & assumens corpus non hoc mortale, quod aggrauat animam, sed immortale & gloriosum, diuinisq; dotibus ornatum, ingredièrè veram domum, æternam, & caelestem habitationem, exemplo harum turbarum, laudans & magnificans Saluatorem & Deum tuum pro tanta misericordia tibi declarata.

## COLLOQVIUM.

**O**rabis CHRISTVM Dominum, vt sicut per suæ pietatis abundantiam paralytico sibi oblato non solum corporis, sed etiam animi incolumitatem reddidit, condonando illi peccata, ita dignetur quoq; animam tuam peccati contagione debilitatam, & ad benè agendum languidam oculis suæ misericordiae respicere; & spe remissionis omnium culparum, gratiaque ita velit sanare & corroborare, vt deserta praua consuetudine, qua hactenus à bono

retardata t  
 minorum  
 re possit

D

**P**ARA  
 bus est

positum. Quæ

quis ad Christi

Primum est

terum, vno

spatio sed

num, spes ve

a. CHRI

ticum, non r

si peccata

mandi in iu

antequam r

3. Cum C

esse peccat

tra illum t

derant eun

vunt glorifi

vi facere.

se debent a

quam bon

spetis, no

detractio

seruos

retar

retardata fuit, in posterum expeditius  
 minorum mandatorum viam percur-  
 rere possit.

## DOCUMENTA.

**PARALYTICVS** à quatuor homini-  
 bus est deportatus, & ante Christum de-  
 positus. Quatuor sunt, quæ peccatorem dedu-  
 cunt ad Christum, hoc est, reconciliant Christo.  
 Primum est, consideratio breuitatis vite. Al-  
 terum, timor pene infernalis. Tertium, con-  
 sideratio fœditatis & gravitatis peccati. Quar-  
 tum, spes vite, quam expectat à Domino.

1. **CHRISTVS**, post oblatum sibi paraly-  
 ticum, non rogatus à quoquam, primo ei remi-  
 sisse peccata; ut nobis daret exemplum, condo-  
 nandi iniurias à proximis nobis illatas, etiam  
 nos quam rogemur.

2. Cum Christus dixisset paralytico remissa  
 esse peccata, ceperunt Scribæ murmurare con-  
 tra illum tanquam blasphemie reus: sed ut vi-  
 derent eum redditum integræ sanitati cepe-  
 runt glorificare Deum, & **CHRISTVM** plu-  
 rie facere. Sic serui Dei non alijs armis veri  
 se debent aduersus maledicos & detractores,  
 quam bonorum operum exemplis, quibus con-  
 spectis, non solum eorum ora obmutescunt, sed  
 detractorum vice incipient Deum glorificare  
 & seruos eius collaudare.

S

4. Chri-

4. *CHRISTVS* arguens Scribas dixit: *quid cogitatis mala in cordibus vestris: eare nos docens, quoties menti obrepit prava aliqua cogitatio, debere eam reprehensione nostri ipsorum mox repelli, vt dicamus cum ipso. Vt quid cogitas malum illud in corde tuo?*

6. Dominus sanaturus paralyticum, initium fecit ab infirmitate spirituali, condonando peccata, quia causa est & radix infirmitatis corporalis: vt doceret nos, quemadmodum in afflictionibus & calamitatibus non solum nos ipsos, sed etiam proximos inuare debemus: nempe efficiendo, vt primum deserant peccata, & in gratiam *DEI* redeant, eo quod propter illa sepe Deus immittat aduersitates, nec finem faciat affligendi nos, nisi vos emendauerimus.

6. Hic Paralyticus, membrorum vsu destitutus, significat hominem peccatorem, qui quoniam omnibus bonis & meritorijs operibus caret, pestifero & mortali otio in lecto contabescit. Primo enim deficiunt eum vires ad ambulandum, hoc est, ad bonis operibus aliquid promerendum. Secundo deficit tactus bonorum actionum. Tertio, gustus dulcedinis & voluptatis celestium consolationum. Quarto oculi ad contemplandum res diuinas. Quinto, auditus verbi Dei. Et postremo, suavis odor sanctarum & diuinarum inspirationum.

7. Ex

VITA

ibis dixit  
vestis: eare  
prava aliqua  
sione nostr  
cum ipso. V  
e tuo?  
ticum, in  
s, condonar  
lix infirmit  
emadmodum  
s non solum  
uare debe  
m deserat,  
I redeant,  
mittat ad  
di nos, nisi  
um vsu des  
atorem, qui  
itorijs oper  
otio in lecto  
t eum viret  
onis operibus  
o deficiat  
gustus dul  
n consolatio  
olandam res  
Dei. Et po  
divinarum  
7. Ex

CHRISTI. PARS I. 4R

Exemplo caritatis de portu paralyticorum docemur nos quoque, quo studio inferre debeamus proximorum infirmitati & curare, quibusque modis adiuuare, nempe operibus non solum, sed etiam fide & oratione ad Dominum.

Paralyticus ad mandatum Christi surrexit è lecto. Anima peccatoris tunc spiritaliter exurgit è lecto suo, quando timore pœne, vel spe præmij, vi sibi illata, omnibus mundi illecebris & carnalibus voluptatibus quibus egra decumbebat, renunciat. Tunc accipit, lectum suum & portat, quando peccata, quibus prius oblectabatur, & in quibus acquiescebat, incipiunt ei fieri graua & molesta. Tunc verò ambulans redit in domum suam, quando bonorum operum exercitio incipit ambulare versus Deum, à quo per peccatum longius recesserat.

S 2 DE

